

## CIL II<sup>2</sup>/7, 233



Imagines-CIL II<sup>2</sup>/7, 233

7, 233 Ara ex marmore albo cum venis rosaceis (Almadén de la Plata BELTRÁN FORTES) corona et crepidine undique sed non a tergo prominentibus 92 × 36,5/45,5 × 30,5/36. Corona instructa est pulvinis, fastigio, foco rotundo. Area titulo inscribendo destinata (43 × 30,5) sola expolita est ceteris asperis. In summo latere sinistro patera ansata incisa est, in dextro caput arietis. Litt. 3,2–1,6, v. 1–4 ad librias accedentes, cet. librariae; hederæ mucronatæ; lineæ ad delineandum ductæ. Rep. a. 1921 una cum ara tituli n. 7, 235 *al excavar unas zanjas y pozos en la calle de Sevilla 9, que hace ángulo con la de Siete Rincones* [nunc de Málaga], a profundidades entre dos y tres metros TORRE; extat in M. A. P. Córdoba (inv. n. D<sup>4</sup>5), ubi descripsi a. 1984 im. phot. a G. K. S. sumptis.

Pro salute

Imp(eratoris) o domini n(ostri) [[M(arc) Aurelii]]

[[Severi Alexandri]] Pii Felicis

Aug(usti) o

5 tauribolium fecit Publicius

Fortunatus t(h)alamas suscepit

chrionis Coelia Ianuaria

adstante Ulpio Heliade sacerdote[te]

aram sacris suis o d(ederunt) o d(edicaverunt) o

(vac. v. 1)

10 Maximo et Urbano co(n)s(ulibus)

Tab. 8 fig. 1

□ α (latus sinistrum), β (dextrum)

Torre 1921, 6–8; Wickert 1931, 830; Batlle 1963, 223 n. 132 cum im. phot.; García Bellido 1967, 46 sq. n. 1 cum im. phot. (inde et ex anterioribus Duthoy 1969, 36 n. 75 et saepius; ILER 6785; Schillinger 1979, 51 n. 7–9; Bendala 1986, 390 n. 1; González Serrano 1990, 174 n. 1); Blanco 1968, 94 n. 1 cum im. phot. (ex anterioribus Vermaseren 1986, 65 n. 176 cum im. phot.). – Cf. Gamér 1989, 223 n. CO 10 cum im. phot. sine exemplo; Beltrán Fortes 1992, 181–184 cum im. phot.

6 TALAMASSVS CEPLI Batlle. – *Talamas* sive *thalamas*, quod recurrit in titulo sequente, cognomen alterum Publicii (Valerii) Fortunati putaverunt omnes fere (quod cognomen praeterea ignotum est) iungentes *chrionis* (quasi κριοῦ, scil. *-bolium*) et *suscepit* monente Mommsen ad EE III 15; Blanco solus intellexit t(h)alamas suscepit chrionis id quod vires excepit. Ego olim de unione mystica quasi de nuptiis sacris cogitavi, nam vox *thalamas* praeterea semel tantum legitur eodemque contextu (X 1597, Puteoli: *thalame Hosidiae Afrae cum suis condite per Ti. Cl. Felicem sacerdotem*; cf. *vires conditae* XII 1567); cf. Clem. Alex. protr. 2, 15, 3: ἐκ τυμπάνου ἔφαγον· ἐκ κυμβάλου ἔπιον· ἡκρονοφόρησα· ὑπὸ τὸν παστὸν ὑπῆδον (cf. Sanders, RAC 8, 1972, 1019–1020 et eundem 1981, 288); sed Sanders in litteris datis d. 17 Mai. a. 1991 me monuit θαλάμην dici etiam cordis ventriculum (Aristot. somn. vig. 458<sup>a</sup> 17), unde fortasse intellegendum est Coeliam Ianuariam suscepisse sive excepisse arietis cor (cf. *dendrophorus* ... *vires excepit*, XIII 1751). – 9 *sacris suis* dictum esse de tempore crediderunt Wickert (scil. *cum sacra fierent*) et García Bellido (scil. *tempore solito sacrorum faciendorum*); collatis vocibus velut *hostis suis*, *sumptibus suis* vel similibus quibus, quae leguntur in aliis tauribolii titulis (cf. Duthoy 67), aut impensa eorum, qui sacrum fecerunt, significatur aut intellegendus est dativus finalis. – d(e)d(icaverunt) resolverunt omnes.

Ex consulibus a. 234.

A. U. S.